dullæ ſacculis adhuc incluſæ, partique internæ inhærentis. Os Artuum eſternorum alicuius animalis quadrupedis petrificatum obſcurè flaveſcens, et matrici ſuæ immerſum. Aliud ſimile. Maſſa diverſorum oſſiculorum petrificatorum cum apparente adhuc eorum ſubſtantiâ cavernoſâ ſeu poroſâ obſcurè flaveſcens.

108. Pilæ è Ventriculo Animalium exemptæ: Ægagropila è radicibus Doronici ingeſtis, et non digeſtis in Stomacho Rupicaprarum contracta: Gemsen-kugel, oder Teutscher Bezoar. Pila vitulina piloſa in ventriculo ſeſe lambendo, piloſque inglutiendo â vitulo contracta. Pilæ ex Eorum Ventriculo deſumptæ.

Caput X.

Dentes Piſcium marinorum petrificati, Gloſſopetræ, vel Bufonitæ vulgò dicti.

Sectio XXXII.

De Gloſſopetris Triangularibus ſerratis.

§. 109.

Gloſſopetræ triangulares latiuſculè ſerratæ, rectæ, ſeu Dentes Piſcis marini Carchariæ anteriores petrificati: Gloſſopetra triangularis ſerrata maxima acumine obtuſo quercini coloris recta anterior. Eadem maior recta anterior per medium perpendiculariter diſſecta, ut eius radix per internam ſubſtantiam diffuſa appareat. Gloſſopetra triangularis ſerrata maior acumine acuto Gloſſopetræ triangulares ſerratæ rectæ ſeu anteriores.

murini